OSA SVM pro odi. Plautus in Amphitryone (900):

inimícos semper ósa sum optuérier.

ORBITVM, dictum per orbem. Varro *Γνῶθι Σεαυτόν* (202):

ut sidéra caeli,
divum † ea cum terram atque axem
quae vólvuntur motu órbito.

OPVLISCERE, ab opulento, dictum decore. Furius Poematis (6):

quo magis in patriis possint opuliscere campis.

OCCVLE, occulta. Cicero de Oratore lib. II (177): 'interiuncta argumentorum plerumque occulas, nequis ea numerare possit'. — Vergilius Georgicorum lib. II (346):

quod superest, quaecumque premes virgulta per agros,
sparge fimo pingui et multa memor occule terra.

OPINABILE. Cicero Academicorum lib. I (31): 'itaque hanc omnem artem rerum opinabilem appellabant'.

## INCIPIT PER P LITTERAM.

PAENVLARIVM, quasi theca et vagina paenulae. Novius Fullonico (34):

non múlto post sonárium accepit, ábsedet,
conséquitur paenulárium, || cilotrúm petit.

---

9 Osa—odi; 11 Orb.—orb.; 15 Opul.—dec.; 17 Occ. occ.; 22—2 Opin.—ignobilitatem.

---

9 Occasum $D^A$ || 11 ductum *Chifflet.* || 13 dio *Mu.* || circum *Bentin.* || 14 motu $F^3$: motur $L B^A$ || 15. 16 -lesc- *codd. Gell. XVIII, 11* || 16 patriis *Gell.*: campis || 18 interpuncta *codd. Cic.* || 19—20 *cf. 365. 35* || 22 -lem *gl.* || 23 hoc $L^1$ || partem *codd. Cic.* || -le *Orell.* || 24 INC. *om.* $D^A$ || 25 penulae (paen.) $C^A$ (= *Paris. 7666*) $D^A$: pendulae $L B^A$ (*cum Lugd. Bamb.*) || filonico || 26 sonarum: *corr. Ribb.* || abs. *tuentur Stowasser.* (*Dunkl. Wort., p. 6 sq.*), *Heraeus* (*Sprache d. Petron. p. 8*): absdedit *Ribb.*: abscidit *Munk.* || 1 silotrum *Stowasser.*

PLEBITATEM, ignobilitatem. Cato pro Veturio (18, 10): 'propter tenuitatem et plebitatem'. — Hemina in Ann. (17): 'quicumque propter plebitatem agro publico eiecti sunt'.

PETILVM, tenue et exile. Lucilius lib. XII (XXII, 8):

insignis varis cruribus et petilis.

Plautus Plocino (110):

. . . . nám coloratum fróntem habet, petilís, habris.

petilis tenuis dicit, habris mollis dicit.

PACES plurali numero nove positum. Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'animadvertendum primum, quibus de causis et quemadmodum constituerint paces; secundum, qua fide et iustitia eas coluerint'.

PONDO MILLE OCTINGENTVM nove Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'itaque rettulit auri pondo mille octingentum septuaginta quinque. Graeci enim † heron mole dixerunt'.

PANVS, tramae involucrum, quam diminutive panuclam vocamus. Lucilius lib. IX (28):

foris subteminu' panus.

---

22—2 Opin.—ignob.; 5 Pet.—exile; 10 Pac.—positum; 14 Pondo—nove; 17—18 Pan.—vocamus.

---

2 pro L. Turio *Maians.*, *Popma* || 3 Ann.] annos: hos (?) *Mu.* || 5 (Petulum, tenue *gl.*) || 6 variis crucibus: *corr. Bentin.* || 7—8 *cf. 205. 3* (*s. v.* frontem masc. gen.) || 8 na *L* || petilis habis *codd. h. l.* (habris *in v. 9*): petilis (-tulis) *codd. 205*: p. labris *Iun.*: *fort.* petilest, h. || 9 petili: (*corr. H*) || m. dici: *corr. Ald.* || pet.—m. dic. *secl. Iun.* || 10 Parces $C^A$ $D^A$ || 15 III $F^3$: IIII $L$ $B^A$ || 16 quinque' * * * Gr. etc. (*verba Nonii*) *Mu.* || heron $F^3$: herona $L$ $B^A$ || mille *ed. a. 1476* || *fort.* *αἱροῦν* (*cf. Rhein. Mus. LVI, 324*) MDL edix. (*vel.* esse dix.) || 17 (Panus, panucla *index marg. in* $B^A$: Panus panucula *gl.*) || 19 subteminus $F^3$: substeminus *L*: substeminis $B^A$ || panus est *vel* panust *edd. ante Mu.* (*cf. v. 20*).

149. 150 M.

est tumor quoque inguinum; ex formae similitudine sic vocatur. Afranius Matertera (218):

. ín quem plemen, pápulam, panum, týmpanum.

Novius Optione (64):

. quí me miserum míseriorem réddidit
quam pánus puerum;

quod pueri aegrius patiantur hoc genus morbi.

PENICVLAMENTVM a veteribus pars vestis dicitur. Ennius lib. XI Annalis (394):

pendent peniculamenta unum ad quemque † pedum.

Lucilius lib. XIX (6):

peniculamento vero reprehendere || noli.

Caecilius Feneratore (132):

volat exsánguis, simul anhélat;
penículamentum ex pállio datur.

PROGNARITER, strenue, fortiter et constanter. Plautus Persa (588):

"égo scio hercle utrúmque velle." — "age, índica prognáriter."

Ennius Annalium lib. VI (210):

divi, hoc audite parumper,
ut pro Romano populo prognariter armis
certando prudens animam de corpore mitto.

---

27 Pen.—dic.; 5 Progn.—constanter.

---

21 vocatus *Mu.* || -teris *Passerat.* || 22 inguen *Passerat.* || plemen *Bue.*: plenam || 24 q. me nimirum *Mu.* || 28 XI $B^A$ (*silente* $F^3$): XII $L^1$ || 28—29 Annalium splendent *Mu.* || 29 ad quodque pedūle *Scal.*: *fort.* pedītum (*ut impedio, praepedio*) || 1 penulamento vere: *corr. Ian. Dousa* || 3 exs. *Both.*: sanguis || 4 e *Bue.*: et || pen. tenet | pálliolatim *Ribb.* || 5 *cf.* '*Non. Marc.*' *p. 93* || 6 (age—pro.) *cf. 154. 28* || persecor scio || 6 utrum belle || ate *codd. h. l.* || indie a $L^1$ || 8 divi *Iun.*: diu || 10 anima.

PERPEROS, indoctos, stultos, rudis, insulsos, mendaces. Accius Pragmaticis (inc. 1):

describere ín theatro pérperos
pópularis.

idem eodem (inc. 2):

ét eo plectuntúr poetae quám suo vitio saépius,
ductabilitáte *animi* nimia véstra aut perperitúdine.

PRAECOX, [et] praecoca, quod est inmatura. Ennius Annali lib. VIII (289):

praecox pugna est.

Lucilius lib. III (XXVIII, 20):

amícula aspera átque *praecox.*

*Varro Synephebo, περὶ ἐμμονῆς* (514): '*cum tempus revocat, ea* praecox est fuga'.

Novius (106):

huíc puellae praécoquis libído inest.

POPVLATIM, per populos. Pomponius † magnius (182):

poema plácuit populatim ómnibus.

PRAEMIATORES NOCTVRNI, praedones. Naevius Agrypnuntibus (17):

nam in scéna vos noctúrnos coepit praémiatores tóllere.

---

11 Perp.—mend.; 18 Praecox—inm.; 26 Pop. p. populos; 28 Praem. noct. praedones.

---

**11** r. et i. *BA* || **13** discr. *L* || **16** ideo *Iun.* || **17** d. animi n. *On.*: aut d. n. *Hermann.* || **18** et *seclusi* || *fort.* P. est p. (*cf. 156. 30*) *vel* P. et Praecoquis || **21** XXVIII *Mu.* || **22** amicula *v. c. Dousae, ed. a. 1471*: anicula || **22—23** *lacunam agnovit Palmerius. Excidit unus versiculus archetypi* || **23** *cf. 157. 2* || **26—27** Maccis, huius (cuius *Bue.*) p. *Mu. in app.*: Maccis Geminis, p. (?) *Iun.*: Maccis (*i. e.* Plautus) poeta *Bergk.*: magnus poeta *edd. ante Iun.* || **28** *cf. Heraeus* (*Sprache d. Petron. p. 8*) || **29** scenam *Mu.*

POPVLACIA, ut nugalia vel puerilia. Laberius Late Loquente (57):

ibus dum populácia
agimús per ludum.

POSSESTRIX, a possidendo. Afranius Liberto (204):

éius monilis póssestricem.

ita tonstrix, ita inpulstrix, ita curstrix, ita plaustrix, ita adsestrix.

PERPETVASSIT, *sit* perpetua, aeterna. Ennius Annali lib. IX (333):

libertatemque, ut perpetuassit,
† que maximae.

PRAECISVM et OMASVM, partes carnis et ‖ viscerum. Naevius Nervularia (65):

praecisum, omásum, pernam, cállos, † glifis, glándia.

---

**30—33** Pop.—a poss.; **37** Perp.—aet.; **1** Praec.—viscerum.

---

**30** Populatia: -ria *Gesner. s. v.* ‖ vel puerilia *om.* $L^1$ *In marg. archetypi erant* (*cf. ad v. 31*) ‖ **30—31** loquentibus e (et $H^1$, *vix F*) dum: *corr. On.*: *fort.* Loq., ibi dum (*potest tamen* loquentibus dum *in archetypo fuisse, i. e.* Loquente, dum) ‖ **31** populacia *edd.*: puerilia ‖ **33** Possestria $L\ C^A\ D^A$ ‖ **33—34** Liberto *Me.*, eius *Scal.*: alibertotius ‖ **35** tontrix $L^1 F^3$ *ut vid.*: tonstrix $B^A$ (*cf. Ribb. Coroll. Com. p. LXXII*) ‖ impultrix $F^3$ *ut vid.*: inpulsatrix (imp.) $L\ B^A$: (impulstrix $F^1$) ‖ curitrix $L^1$: curatrix $B^A$: curstrix *Mu.* ‖ plautrix: plaustrix $\Sigma$ ‖ **36** adsextrix $L^1$ (assestrix $F^3$ *mg.*) ‖ **37** Perpetuitas sit perpetua aeterna: *correxi post Iun.*: Perpetuassit, perpetuet, aeternet *Quich.*: Perpetuassint (*Bentin.*), perpetua, aeterna fecerint *Mu.*: Perpetuassit. perpetua, aeterna *On.*: (Perpetuitassent, perpetuam fecissent *index marg. in* $B^A$: Perpetuassent, perpetuum fecissent *gl.*) ‖ **39** perpetias sint $L^1$: perpetuitas sint $B^A$: perpetuassint *edd.*: -sit *scripsi* ‖ **40** Maxime (*del.* que) *Merul.*: quaeque axim *Mu.* ‖ **2** Nerv. *Ritsch. Parerg. 97*: herularia ‖ **3** gallus: *corr. On.*: callum *Bentin.* ‖ *fort.* perna, callus ‖ glifis $F^3 B^A$: clifis $L$: glires *Bentin.* ‖ glandia *ed. princ.*: grandia.

Lucilius lib. XX (2):

illi praeciso atque epulis capiuntur opimis.

PISCVLENTVM positum piscosum, ut pulverulentum. Cato Originum lib. V (97): 'origine fluvium Naronem magnum, pulchrum, pisculentum'. — et lib. VII (110): 'fluvium Hiberum; is oritur ex Cantabris, magnus atque pulcher, pisculentus'.

PASCEOLVS, ex aluta sacculus. Plautus Rudente (1314):

praetérea centum dénaria philippea ín pasceolo seórsum.

Lucilius lib. XIII (14):

adde Syracusis sola pasceolum † alutamen.

Cato in Pansam (49): 'pueris in ludo stilos, pasceolos furare'.

PIEM, colam, custodiam. Plautus Asinaria (506):

úbi piem pietátem, si istoc móre moratám tibi
póstulem placére, mater, míhi quo pacto praécipis?

PORTISCVLVS proprie est hortator remigum, id est, qui eam perticam tenet, quae portisculus dicitur, qua et cursum et exhortamenta moderatur. Plautus Asinaria (515):

ét meam partém loquendi ét tuam tradó tibi:
ád loquendum atque ád tacendum túte habes portísculum.

---

6 Pisc.—pulv.; 10 Pasc.—sacc.; 15 Piencolam custodiam; 18—20 Port.—moderatur.

---

5 praecioso $L^1$ || 7 or. *secl. Me.* || 9 (fluvius hiberus or. $F^2$) || Cantabris *Iun.*: catinatis || 11 c. mna *codd. Pl.*: c. minaria *Leo* || sorsus *codd. Pl.* || 13 pasceolumque et alutam (al. *iam ed. princ.*) *I. Dousa* || 14 ludos tellos: *corr. Roth.* || 15 Piencolam || 15—17 *cf. 375. 18* || 16 piem $L^1$: piencolam $B^A$ || 18 idem (*pro* idē *i. e.* id est): (*corr. Bamb.*) || 19 eam *v. d. ap. Quich.*: eandem (eadem $L^1$) || tene $L^1$ || 19—20 qua excursum $B^A$ $C^A$ $D^A$ *ut vid.* (qui exc. *Montepess., Oxon.*): quae exc. *L*: *corr. Quich.* || 20 et hortamenta *ed. princ.* || 21 tum tardo || 22 iacendum || tute habes *codd. Isidor. XIX, 2. 13*: tute habeas *codd. Pl.*: tu ut habes.

Ennius lib. VIII Annalium (VII, 241):

tusam ante tenentes
parerent, observarent, portisculu' signum
cum dare coepisset.

Laberius Cythera (53):

néc palmarum púlsus nec portísculi.

PERPLEXABILE, figuratum; quod aliud audiatur, aliud sentiatur. Plautus Asinaria (792):

nec úllum verbum fáciat perpléxabile.

PRAESEGMINA proprie Plautus in Aulularia ea dici voluit quae unguibus eminulis praesecantur (312): ||

quin ípse pridem tónsor ungues démserat;
collégit, omnia ábstulit praeségmina.

PIPVLO pro convicio. Plautus Aulularia (445):

ita me bene amet Laverna! te iam, nisi reddi
mihi vasa iubes, pipulo te hic differam ante aedis.

PICOS veteres esse voluerunt quos Graeci grypas appellant. Plautus Aulularia (701):

Picí divitiis, qui aúreos montés colunt,
eos sólus supero.

PERCELLERE, evertere, percutere. Varro Parmenone (392):

áliu' téneram ábietém sólu' pércéllit.

---

29—30 Perpl.—sent.; 32—3 Praes.—conv.; 6—7 Pic.—app.; 10 Perc. ev. percutere.

---

24 tonsam ante *Scal.* (*cf. Class. Rev. V, 11*): tusante: tonsamque *Carrio* || 27 Hetaera *Carrio 'ex—libris'* || 29. 31 Perpexabile (Perpexabile perplexum $F^3$ *mg.*) || 33 eminuli *L* || 1—2 *cf. 273. 30* || 1 ipsi *codd. Pl.* || quidem *codd. h. l.* || deserat *codd. h. l.* || 4 (nisi)—5 *cf. 284. 27* || 8 picis *codd. Pl.* || quia (*seq.* a) *L* || 9 ego so. *codd. Pl.*

PINSERE, tundere vel molere. Varro *Ταφῇ Μενίππου* (527): 'nec pistorem ullum nossent, nisi eum qui in pristino pinseret far'. — idem de Vita Populi Romani lib. I: 'nec pistoris nomen erat, nisi eius qui ruri far pinsebat. nominati ita eo quod pinsunt'.

PORCAS. Varro *Ταφῇ Μενίππου* (535): 'non vides in publico ante tabernas, qua populus ambulando proinde ut in arato porcas reddit?'

PVTIDVM, putre. Varro *Ταφῇ Μενίππου* (523): 'inde putidas uvas acinis electis et comestis extendit in lectis quondam'. — Cato Originum lib. II (65): 'si inde in navis putidas atque sentinosas commeatum onerare volebant'. — Caecilius Andria (6):

condúcit navem pútridam.

Afranius Augure (14):

† uset falláci aspectu páries pictus pútidus.

PAENITVDINEM Pacuvius Teucro (313):

quae désiderio alúmnûm, paenitúdine
squalés scabresque incúlta vastitúdine.

---

12 Pins.—mol.; 18 Put. putre; 25—28 Paen.—exhibendo.

---

**13** farinam idem: *corr. Schneider. ad Varr. R. R. I, 69* || **14** nisi eius qui *ed. a. 1480*: qui nisi eius || tar *L* || **15** nominativa (-tua $B^A$ *ut vid.*) quod eo pisunt (pins.): *correxi*: n. ab eo q. p. *ed. a. 1480*: *del. Quich.* || **16** *null. lemm.* || **17** in publico (*Gerlach.*) ante ta. *Vahlen.*: in publica nocte te ta. || **19** excendit $L^1$ || **20** V *Mu.* (*cf. Liv. XXV, 3, 11*) || **20—21** inde ignavis: *corr. Roth.*: indu n. *Scal.* || **21** potidas a. sentinotas $L^1$ || onerare *Scal.*: onere: ponere *Lips.* || solebant *Mu.* || andrea || **22** (putidam $F^2$ [$F^3$?]) || **23—24** augurius et: Aug., voltus est *Ribb.*: Aug., visus est *Mu.*: Aug., impurus et *On.* || **24** paries $F^3B^A$: partes *L* || **25** -ne *Quich.* || **25—27** *cf. 169. 28* (*s. v.* scabres); *185. 2* (*s. v.* vastities, vastitudo, vastitas); *243. 5* (*s. v.* alumnum, filium) *fort. secludend.* (*cf. 'Non. Marc.' p. 52*) || **26—27** penitudinis quales caverisque *codd. h. l.*

PRAEBITIO, a praebendo, id est exhibendo. Varro Eumenidibus (143): 'quod ea die mea erat praebitio, || in ianuam «cave canem» inscribi iubeo'.

PVEROS pro servis. Varro Eumenidibus (146): 'vix vulgus confluit non Furiarum, sed puerorum atque ancillarum'.

PAXILLVS, diminutivum, a palo. Varro Eumenidibus (164): 'ubi dicitur primus

«Zenón novam haeresím novo paxíllo suspendísse.»'

idem Bimarco (69): 'ut novum cribrum novo paxillo pendeat'.

PROXVMI, id est proxumo. Cato contra Furium (19, 7): 'die proxumi hoc' dicit; sed ea declinatione a veteribus et crastini et pristini et praefiscini dictum est.

PROPERATIM, id est properanter. Caecilius (167):

properátim in tenebris ístuc confectum ést opus.

PERMITIES, periculum, exitium. Lucilius lib. XXIX (111):

nunc tu
contra venis? vel quî in nuptis versasse neges te,
nec sine permitie?

Plautus Asinaria (133):

péllecebraé, pérmitiés.

---

25—28 Paen.—exhib.; 2 Pu. p. servis; 4 Pax.—palo; 9 Prox.—prox.; 12 Prop.—prop.; 14 Perm. per. exitium.

---

28 id est exh. *om. L* (*propter homoeotel.*) || 29 praebitio *Ald.*: praebitioni || 1 in ianua *Quich.*: in ianua mea *On.* || 2—3 *cf. 242. 29; 421. 7* (*s. v.* vix) || 5 dicitur $F^3$: dicatur $LB^A$ || 7 *vel iamb. metr.* || 9 Proxumi Die, id est pr. *Mu.* || 10 die proxumo (-imo): die proxumi $H^3$ (-imi $L^2$) (*cum Gell. X, 24. 10*): *secl. Mu.* || hoc *om. codd. Gell.* || eadem de. *Mu.* || a veteribus $F^3B^A$: auctoribus *L* || 11 est $F^3$: *om.* $LB^A$ || 12 id est $B^A$: dictum est *L* || 13 *cf. 155. 4* || 14. 19 Permitiis (Permitiis pernicies $F^3$ *mg. cum ind. marg. in* $B^A$ [-ties] *et gl.*) || 14 XXVIII $B^A$ || 16 nuptiis || versasse *scripsi* (versere *Me.*): vel sese || neges $F^3B^A$: neces *L*.

PARCVIT, pepercit. Naevius Quadrigeminis (69):

suo labóri is nullus párcuit.

PERBITERE, perire. Pacuvius Periboea (287):

nam mé perbitere, íllis opitulárier
quovís exitio cúpio, dum prosim . .

Titinius Fullonia (17):

iam pridem égressa aut perbíteres.

Livius Tereo (26):

. ego puerum intérea ancillae súbdam lactantém meae,
né fame perbítat.

Ennius Hecuba (173):

set númquam scripstis, quí parentem aut hóspitem
necásset, quos quis crúciatus perbíteret.

PIGRARE, retinere. Accius Epigonis (294):

fáteor; sed cur próferre haec pigrem aút huius dubitem párcere
cápiti?

idem Chrysippo (267):

meliús || pigrasse, quám properavisse ést nefas.

PROVIGERE, promovere, ecferre. Pacuvius Teucro (341):

aut me óccide, illinc sei úsquam provigeám gradum.

---

20 Parc. pep.; 22—24 Perb.—dum prosim; 33 Pigr. ret.; 2 Prov.—et ferre.

---

**21** labori is *Mu.*: laboris: labori *edd.* || **23—24** n. m. p. | q. e. c. d. possim i. o. *Quich.* || **24** *fort.* pr. tibi (*seq.* titi) || **26** eg. esses aut *On.*: aegreres aut *Bue.* || perbiteris || **28** laetantem: (*corr. F ut vid.*): lactentem *Bongars.* || **32** necassat: *corr. ed. princ.* || cruciatur: *corr. Mu.* || quo quis cruciatu *Iun.* || **33** timere *Mu.* || ericonis (erig-) || **34** pateor *L* || proferre $F^3$: propterre *L* $B^A$ *ut vid.* (proterre $H^1$, sed propter cur repigrem *G*) || **1** q. properasse: quam deproperasse *Ribb.*: quoniam (*vel* quando) properasse *Mu.* || **2** Providere: *corr. Guietus* (*idem vitium p. 217. 9*): Probitere *Stevech.*: Progredere *On.* || **3** illinc si *Voss.*: illa hinc sine || provideam.

154 M.

PVELLASCERE, ecfeminari vel evirescere. Varro Bais (44): 'quod non solum innubae fiunt communis, set etiam veteres puellascunt, et multi pueri puellascunt'.

PALAESTRICOS, quasi ex usu palaestrae. Afranius Excepto (154):

étiam depellís mihi
mánum, papae!, palaéstricos?

POPVLATIM. Caecilius Obolostate (124):

.... "ego pérdidi te, qui ómnes servos pérdo
populátim." — "quaeso, ne ád malum hoc addás malum..."

PRAESENTE, coram vel praesentibus. Pomponius Syris (168):

*qui* quidem aput forúm praesente téstibus mihi véndidit.

Accius Melanippo (428):

ést res aliqua, quám praesente his príu' maturare ínstitit.

Fenestella Annali lib. II (1): 'et quaedam exta praesente † exuis, quaedam absente porrecissem'. — Novius Minta Medica (57):

té volumus donó donare púlchro, praesente ómnibus.

---

4 Puell.—revirdiscere; 7 Pal.—palaestrae; 10—11 Pop.—te; 13 Praes.—praesentibus.

---

4 vel evirescere $F^3$: vel revirdiscere *rell.* (*cf. Sittl. Arch. Lat. Lex. I, 488*) || 5 *vel* quot || se $L^1$ || 6 v. puerascunt *Friedlaender, On.*: v. repuer. *Bue.* || 9 pape palestricos $F^3$ $B^A$ *ut vid.*: paperalestricos *L*: pape *del. Both.* || 11 s. perduo *Ribb.*: perdo servolos *Mu.* || 14 qui *add. Mu.* || quidam *Iun.*: quine (?) *On.* || uindedit $L^1$ || 15—16 *cf. 349. 2* (*s. v.* maturum, celer) || 16 quam *Grotius*: quae: *om. codd. 349* || praesente (-tem *L*) te his p. matura *codd. h. l.* || 17 extra: *corr. Palmerius* || 18 exuis *L*: exsius $B^A$ (= *G*): suis *ed. a. 1476*: *fort.* tuis (ex *pro* et) || proiecissem: *corr. Palmerius*: -ent *Quich.* || minta $F^3$: mania $L\,B^A$.

PRIMITER pro prime et PRIMITVS pro primo. Pomponius Maccis Geminis (70):

"quín bono animo es!" — "vídeo, erepsti prímiter de pánnibus."

Lucilius lib. V (28):

sicuti, cum primos ficos propola recentis
protulit et pretio ingenti dat primitu' paucos.

PROGNARITER, audaciter. Plautus Persa (588):

age, índica prognáriter.

PROPERATIM et PROPERITER, celeriter, properanter. Quadrigarius Annali lib. II (35): 'eo consules || propere exercitum redducunt'. — Pomponius Buccone Adoptato (26):

pergís properatim?

Caecilius Plocio (167):

properátim in tenebris ístuc confectum ést opus.

Pacuvius Teucro (331):

mihi classem ínperat
Théssalûm nostrámque in altum ut próperiter dedúcerem.

Accius Telepho (629):

. . . remísque nixi próperiter navem ín fugam
trádunt.

---

20 Primiter — primo; 26 Pr. aud.; 28 Properat. — properanter.

---

**21—22** *cf. 488. 34* (*s. v.* pannibus); *506. 28* (*s. v.* es pro esto) || **22** est *codd. h. l.* || erepsti *Bue.*: eripis *codd. h. l.*: eripisti *codd. 488*: derepis *codd. 506* || **23—25** *cf. 279. 9* (*s. v.* dare) || **24** primus *codd. 279* || propula *L* || **25** protulit et *Iun.*: protuli item $F^3 B^A$: item protuli *L*: pirotulit et *codd. 279* || dat *codd. 279*: ad *codd. h. l.* || **26—27** *cf. 150. 5* || **28** Propere *praef. Quich.* || **1** *fort.* properatim (properē *in archetypo, seq.* e) || **4—5** *cf. 153. 12* || Caec. — properatim *om. L* || **5** istuc $F^3$: tunc (*praec.* is) $L B^A$ || **7** inpetrat (imp.): *corr. Passerat.* || **8** -lam *Bentin.* || **9—11** *cf. 307. 31* (*s. v.* fuga); *347. 13.*

155 M.

PRAEFRACTVM, durum, inflexibile. M. Tullius de Officiis lib. III (88): 'ego etiam cum Catone meo saepe dissensi. nimis mihi praefracte videbatur aerarium vectigaliaque defendere, omnia publicanis negare'. — et in Hortensio (38): 'his contrarius Aristo Chius, praefractus, ferreus, nihil bonum nisi quod rectum atque honestum est'.

PVLCRITAS pro pulcritudo. Caecilius Harpazomene (54):

dí boní! quíd illud ést púlchritátís . .?

PROLETARII cives dicebantur qui in plebe tenuissima erant et non amplius quam mille et quingentos aeris in censum deferebant. Ennius Annali (183):

proletariu' publicitus scutisque feroque
ornatur *ferro.*

PROSPICA et DESPICA, intenta et contemplata. Naevius Astiologa (25):

hác sibí próspica, hác déspica . . . .

potest ergo p r o s p i c u s et d e s p i c u s dici.

POLLENTIA, potentia: a pollendo dicta. Plautus Rudente (618):

ne ínpiorum pótior sit polléntia.

p o l l e r e ergo conmune est.

---

12 Praefr. d. infl.; 17 Pulc. p. pulc.; 19—21 Prol.—def.; 24 Prosp.—cont.; 27 Polentia—dicta.

---

14 praefracte $F^3$: praefractum $LB^A$ || 16 aristotius $B^A$ || 19 dicebatur $L^1$ || qui *om.* $L^1$ || -mi *Me.* || 20 et quingentos *om.* $D^A$ || 22 proletarius *codd. Gell. XVI, 10*: proletari ut scutaque: sicuti isque *codd. Gell.*: *corr. ed. Iuntin. Gellii* ferique: feroque *Gell.* || 23 ornatus: ornatur ferro *codd. Gell.* || 24 contempla: *corr. On.*: contenta *Mu.*: contemta *Me.* || assitogiola: *corr. Ribb.*: Asoto, † giola *On.*: Astrologa (?) *Ribb.* || 25 ac—ac: *corr. Both.* || 28 ineptorum.

PROPITIABILIS, a propitiando. Ennius Caupuncula (1):

hinc est ánimus propitiábilis.

ita et adulabilis.

PAVXILLISPER, a pauxillo. Plautus Truculento (913): ||

plús decem pondó — amoris paúsillisper pérdidi;

id est, per particulas.

PONDERITATEM, a pondere, ut gravitatem. Accius Pragmaticon lib. I (1):

et cúncta fieri cétera
inbecilla † non quod ponderitatem gravitatemque nominis.

PVRITIA, puritas. Varro Rerum Divinarum lib. I (38): 'quae puritia est infrequens polluta'.

PRAELVMBARE, lumbos perfringere. Novius Vindemiatoribus (93):

. . coepit únumquemque praélumbare fústibus.

PVERAE pro puellae. Varro Devictis, *περὶ φιλονικίας* (87):

properáté
vívére, puerae, quá sinit aétátula . .
lúdere, ésse, amáre ét Veneris tenére bígás.

idem de Vita Populi Romani lib. II: 'sic in privatis domibus pueri liberi et puerae ministrabant'.

---

30 Prop. a prop.; 33 Paux. a paux.; 3 Pond.—gravitatem; 7 Pu. pur.; 9 Prael. l. perfr.; 11 Pu. p. puellae.

---

**30** ad propitiandum *L B^A* || cupiuncula: *corr. Ribb.*: Cupuncula *Vahlen.*: Coponicula *On.* || **31** huic *ed. a. 1476* || **32** adorabilis (?) *Mu. in append.* || **1** moris *codd. Pl.* || perdidit || **3** -tico || **6** inb. ob pond. *Madvig. Opusc. I, 110*: inb. nunc | ob pond. (*iamb.*) *Havet.* (*Rev. Philol. 1891, p. 130*) || hominis: *corr. Madvig.* **7** Pueritia: *corr. Passerat.* || puerilitas (?) *Mu.* || **8** quae in puritia (*i. e.* pueritia) est frequens poll. *Mu.* || **9** praefr. *ed. a. 1471* || **10** coepi ún. *Bue.* || **11** Vae Victis *Iun.* || **13** quas s. *B^A* || etatula *F^3*: ettula *B^A* (= *G*): atula *L* || **15** sig in privatas *L.*

156. 157 M.

PVPAE et PVPI. Varro Aboriginibus, *περὶ ἀνθρώπων φύσεως* (4): 'itaque brevi tempore magna pars in desiderium puparum et sigillorum veniebat'. — idem Tithono, *περὶ γήρως* (546):

ac mammam lactis sugentem pascere pupum.

PIPARE proprie gallinae dicuntur. Varro Aboriginibus, *περὶ ἀνθρώπων φύσεως* (3):

múgit bovis, óvi' bálat, equi hínniúnt, gallína
pípát.

PROCVDERE dixit prolatare, producere Varro *Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, περὶ εὐκαιρίας* (551): 'legendo autem et scribendo vitam procudito'. — Vergilius Georgicorum lib. I (261):

durum procudit arator
vomeris obtunsi dentem.

PRAECOX, id est praecoqua. Varro Synephebo, *περὶ ἐμμονῆς* (514): 'verere, ne manu non mittat, cum tot Romae mendicari honestos audissemus? dare possis; || mittet; quod si non mittet, fugies, si me audies. cum tempus revocat, ea praecox est fuga'.

PAVPERAT, id est pauperem facit. Plautus in Milite Glorioso (729):

quae ínproba est, pro mércis vitio dóminum pretio paúperat.

item Acharistione (1):

quám ego tanta paúperavi pér dolum pecúnia?

---

21 Pip.—dic.; 25 Proc.—prod.; 30 Praec.—praecoqua; 3 Paup.—facit.

---

20 mamniam $B^A$ || iactis *L*: lacti *Mu.* || pascere et: *del.* et *ed. a. 1476* || **31—32** toctromedicarios: tot Romae mendicarier *On.*: tot Romae vicarios *Oehler.* || **32** honestoc *L* || **2** *cf. 150. 23* || es f. *codd. h. l.* || **3** Pauperavit: *corr. Quich.* (fecit $F^2$ *cum gl.*) || **4** praetium *L* || pauperet (-per erit) *codd. Pl.* || **5** idem *Ald.* || acaristione $F^3 B^A$: acaristudio *L*.

Titinius Privigna (65):

nam quíd ego feci té advorsum aut patrém meum,
quem paúperetis ámbo vestris súmptibus?

idem Varo (134):

aecum ést me habere: eos paúperem sumptú meo?

POTVS [a bibendo]. Lucilius lib. XXX (53):

serus cum e medio hac ludo bene potu' recessit.

PAVCIENS pro raro dici veterum auctoritas docet. Titinius Gemina (39):

postquam factu's maritus, hac domo
abhorres, tuam etiam uxorem paucies video.

idem in eadem (41):

. . tu facis iníque; in urbem paúcies veníre
solés.

Caelius Annalium lib. VI (43): 'consulto non pauciens arcessitum'.

POLLICTORES sunt qui mortuos curant. Varro Mutuum Muli Scabunt, περὶ ψωρισμοῦ (324): 'itaque si plures dies inter medici discessum et adventum pollictoris interfuerunt, et id aestate, videas'. Varro Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου (222):

proptér cunam capulúm positum
nutríx tradit pollíctori.

---

12 Potus a bib.; 14 Pauc. p. raro; 22 Poll.—curant.

---

7 privia *L*¹: Prilia *Mu.* ‖ 8 feci *F*³: fecit *L B*⁴ ‖ te *Iun.*: et ‖ aut p. adv. meum *Mu.*: adv. aut patruom meum *Bue.* ‖ **12** a bibendo *om. L*¹ (Potus a bibendo *etiam index marg. in B*⁴) ‖ **13** secus: *corr. I. Dousa* ‖ e *I. Dousa*: eo ‖ ac l.: ac *del. Gerlach.*: l. ac *quid. ap. Mu.* ‖ **16** hanc (*pro* hác) ‖ domum *Σ* ‖ **17** pauciens videbo *codd. Paul. 220* ‖ **18** eandem *L* ‖ **19** tus ac iniqui: *corr. C. F. Mueller.* (in. *iam Iun.*): t. f. inique qui *Ribb.* ‖ **20** solens (-es) *Mu.* ‖ **24** medici *ut vid. F*³: medicis *L*¹: medicos *B*⁴ ‖ **25—27** *cf. 5. 2* (*s. v.* capulum) ‖ **26** caputum *L*¹ ‖ **27** pollicturi *L*¹.

Plautus Asinaria (910):

écquis currit póllictorem accérsere?

PVTAMINA non solum arborum sunt, verum omnium rerum purgamenta; nam quidquid ex quacumque re proicitur, putamen appellatur. Plautus in Captivis (655):

núculeum amisí; reliqui pígneri putámina.

PESTILITAS, pestilentia. Lucretius lib. || VI (1098):

atque *ea* vis omnis morborum pestilitasque.

PAENITVRVM. Accius Epinausimache (312):

quod sí procedit, néque te neque quemquam árbitror
tuae paéniturum laúdis. quam ut servés, vide.

PAVSA est quies alicuius rei. Accius Epigonis (289):

sed iam Ámphilochum huc vadére cerno et
nobís datur bona pausá loquendi.

Lucilius Satyrarum lib. I (13):

haec ubi dicta dedit, pausam *dedit* ore loquendi.

PROSPERARI, inpetrari. Lucilius lib. XXVI (47):

néc Minervae prósperatur páx, quod Cassandrám *suo*
sígno deripuít.

PVELLOS, pueros. Varro Testamento, περὶ διαθηκῶν (540):

. . síc ílle puéllús Venerís repénte Adón
cecidít cruéntus ólím.

---

30—32 Put.—app.; 1 Pest. pest.; 6 Pausa—rei; 11 Pros. inp.; 14 Pu. pueros.

---

**30** arbores $C^{A}$ $D^{A}$ || **31** quid $L^{1}$ || **2** atque v. omnium m. (*om.* ea) || **10** dedit *addidi*: facit *ed. princ.* || **11** Prosferari $B^{A}$ $C^{A}$ $D^{A}$ (p *pro* f, *ut saepe*) || **12** minimo et: Minervae ei *On.*: minima ēï *Mu.* || prosf. || suo *add. On.* || **15** sic sic *Mu.* || vadon: *corr. Me.*: Adónís *Guietus.*

Lucilius Satyrarum lib. IV (28):

cumque hic tam formonsu' tibi ac te dignu' puellus.

Lucretius (IV, 1252):

pos *sunt* tamen unde puellum
suscipere et partu possent ditiscere dulci.

Ennius (Ann. 233):

suos divis sacrificare puellos.

Varro Marcipore (285):

Pélianne ei permísisse, ut se vél vivum deglúberet,
dúm modo redderét puellum?

*idem* Sexagesi (485):

o stúlta nostri péctoris dormítio
vigilábilis, quae mé puellum inpúberem
cepísti!

PECVS. non solum quadrupes animal, verum omnia animalia pecudes dicuntur. Plautus Rudente (942):

non vídes referre me úvidum reté sine squamosó pecu?

Livius Aegistho (5):

tum autém lascivum Nérei simúm pecus.

Vergilius Georgicorum lib. IV de apibus (327):

et pecudum custodia sollers.

---

31—32 Pecus—dicuntur.

---

**20** nactae pos sunt *Lucr.*: nos || puellos *Lucr.* || **21** partus posset || **25** pelianme et p.: Pelian (-am) ei p. *Mu.*: P. Medae (-deae *Iun.*) permisse (?) *Mu.* || ut seu eluvium $B^A$ || **26** dummadore addere (addere $F^3B^A$: *om.* *L*): *corr. Iun.* || **27** idem *add. ed. princ.* || **27—29** (vig.) *cf. 100. 1* (*s. v.* dormitio) || **27—28** sexagesimos ultra nutri *codd. h. l.* || **29** inpubere: -rem *ed. a. 1476* || **31—159. 22** *fort. post 157. 33 collocand.* (*cf. 'Non. Marc.' p. 53*) || **31** Pecus et Pecudes *edd.* || quadrupedes *L* || **33** uiduum $L^1$ || retem *Pl.* (*teste Prisc. I, 332. 15*) || **34—35** *cf. 335. 28* || **35** rei *codd. h. l.*: nereis *codd. 335* || **36—37** *cf. 460. 3.*

158. 159 M.

Lucretius lib. II (342):

praeterea genus humanum mutaeque natantes
squamigerae pecudes.

Lucilius Satyrarum || lib. V (42):

lascivire pecus Nerei rostrique repandum.

PERCITVM dictum est percussum. Plautus Amphitryone (727):

. . . "delírat uxor." — "átra bili pércita est."

PECVA et PECVDA ita ut pecora veteres dixerunt.

Naevius Gymnastico (56):

hómines, pecua béluasque.

idem Lycurgo (44):

sine férro pecua mánibus ut ad mortém meant.

Accius Astyanacte (177):

in celsis móntibus
pécua atque inter cólles pascunt Dánai in Phrygiae términis.

idem Medea (409):

. . . vagánt, pavore pécuda in tumulis déserunt:
quís nos pascet póstea?

M. Tullius de Republica lib. IV (1): 'cum adhibent in pecuda pastores'. — Accius Diomede (271):

passímque praeda pécua vallebánt agris.

---

3 Perc.—perc.; 5 Pecua—dixerunt.

---

2 Nerei *On.*: niri $L^1$: nisi $B^A$: nasi *Balth. Venator ap. Gebhardum* || nostrique: *corr. Crinitus* || 3—4 (ux.) *cf. 18. 6* || 9 pecora: *corr. Me.* || p. m. ad (ut *del.*) *quid. in mg. Iun.*: m. p. ut ad *Mu.*: p. mansueta ad *Bue.* || 12 Phrygiae t. *ed. princ.*: froegia et t. || 13—14 *cf. 467. 37* (*s. v.* vagas pro vagaris) || 14 sederunt *codd. h. l.* || 15 qui $B^A$: a! quí *Ribb.* || uos *D. Heinsius* || 18 vallebant $B^A$ (= *G*): vellebant *L*.

Caecilius Imbriis (93):

et homini ét pecudibus ómnibus.

Sisenna Historiarum lib. IV (76): 'iumenta, pecuda locis trepidare conpluribus'.

PVTRET. Pacuvius Teucro (340):

. . . . quámquam annisque et aétate hoc corpús putret.

Accius Erigona (56):

quámquam exangue est córpu' mihi atque annís putret.

PROTOLLERE est differre. Lucilius Satyrarum lib. I (33):

si non amplius, at lustrum hoc protolleret unum.

PRIVA significat singula. Lucilius Satyrarum lib. I (34):

ad cenam adducam et primum hisce abdomina thunni
advenientibu' priva dabo.

Lucretius lib. III (722):

quodsi forte animas extrinsecus insinuari
vermibus et privas in corpora posse venire
credis.

PRODIGITAS dicta profusio. Lucilius Satyrarum lib. VI (4):

nequitia occupat hos, petulantia prodigitasque.

PORCET significat prohibet. Pacuvius Atalanta (67): ||

mi gnáte, ut verear éloqui porcét pudor.

---

27 Prot. e. diff.; 29 Pri. s. sing.; 36 Prod. d. profusio; 38 Porc. s. prohibet.

---

**20** pecubus (*vel* pecudis) *Spengel.* || **26** nam q. *Ritsch. Opusc. II, 621* || **28** iustrum || **30** (abd.) — **31** *cf. 35. 20* || **30** addominat hymni (hi.) *codd. h. l.* || **32** lucilius || **33** invadi || **34** corp.] eorum || **37** hos *Dousa pat.*: hoc || peculantia (penulentia *G*): *corr. Bentin.* || **1** (magna te *G*) || id v. *Mu.* || el. *Iun.*: loqui.

160 M.

Accius Epigonis (285):

quibus oculis quísquam nostrum póterit illorum óptui
vúltus, quos iam ab ármis anni pórcent?

Ennius Telamone (282):

deûm me sentit fácere pietas; cívium porcét pudor.

Varro Manio (251):

húnc Ceres cibí ministra frúgibus suís porcet.

Lucilius lib. VI (27):

non te porro procedere porcent.

PROLIXITVDINEM. Pacuvius Duloreste (127):

óro: minime fléctas fandi mí prolixitúdinem.

PERFICA, perfectrix. Lucretius lib. II (1116):

denique ad extremum crescendi perfica finem
omnia perduxit rerum natura creatrix.

PETIOLVS, a pede, diminutive. Afranius Excepto (155):

atque ádeo nolo núdo petiolo ésse plus.

PETIGO, genus morbi. Lucilius lib. XXX (88):

inluvies, scabies oculos huic denique petigo
conscendere.

---

13 Perf. perf.; 16 Pe.—dim.; 18 Pet. g. morbi.

---

2 Epig. *Iun.*: egones *L*: ligones $B^A$ (= *G*) || **4** quos *Scal.*: quod || **6** sancit *Bergk.*: sinit id *Bue.*: sentit *tuetur Vahlen.* (*Herm. XV, 260*) || **8** ceris tibi: *corr. Popma* || porcit || **12** te oro (*praec.* -te) *On.* || minime fl. *Ribb.*: mine fl.: nive offl. *Bue.* || me prolixitudine *Ribb.* || **13** perfectrix *Lachm. ad Lucr. II, 1116*: perficeris: perficiens *Iun.* || **14** donique *Lucr.* || **15** naturae: (*corr.* $H^2$) || **16** Petiolus $L B^A$: Peciolus $C^A D^A$ (*cf. Romania XXII, 147*) || *fort.* a pede *secludend.* (*sed. cf. Thes. Gloss. s. v.*) || **17** peciolo $L^1$: petiolo $B^A$ || esse plus *Both.*: es pus: es. PVS * * * *Ribb.* || **18—20** *cf. 125. 29* (*s. v.* inluvies) || **19** deque p. *Fruter.*: deinque p. (?) *Iun.*: denique spei *codd. 125.*

PORRIGO, morbi genus. Lucilius lib. XXX (97): tristem et corruptum scabie et porrigini' plenum.

PROFLIGARE verbum pessimum ad usum trahi coeptum est. nam cum sit profligatum perditum et ad internicionem adductum, nunc perfectum, absolutum aut aedificium aut aliquod utile inceptum dicendum putant; cum adfectum dici debeat, non profligatum. M. Tullius tamen Tusculanarum lib. V (15): 'profligata iam et paene ad exitum deducta quaestio est'. — idem de Provinciis Consularibus (19): 'bellum adfectum videmus'. — et infra (29): 'nam ipse Caesar quid est quod in ea provincia conmorari velit, nisi ut ea, quae per eum adfecta sunt, || perfecta rei publicae tradat?' — et in Oeconomicis (17): 'cum vero adfecta iam prope aestate a sole mitiscere tempus est'.

PATRITVM, ut avitum. Varro Manio (258): 'funere familiari conmoti avito ac patrito more precabamur'. — idem Rer. Hum. lib. XX: 'secundum leges avitas et patritas'. — Cicero Tusculanarum lib. I (45): 'patritam illam et avitam, ut ait Theophrastus, philosophiam'.

PERTIDERE, valde taedere. Cicero in Oratore (159): 'concisum, non concaesum. ex quo quidam pertisum etiam volunt'.

---

21 Porr. mor. g.; 23—27 Profl.—profl.; 4 Patr. ut avitum.

---

21 g. m. *Quich.* || 22 tritum *Mu.* || 24—25 interricionem (-eri-) $C^A$: internicionem (-nec-) $F^3$ ($F^2$?) $D^A$: interitionem $LB^A$ || 25 p. solutum (p. solum tum *L*): p. prope et absol. *Mu.*: p. solum et absol. *On.* || 26 inceptu (?) *Mu.* || 29 adducta *codd. Cic.* || 1 adfecta sunt perfecta sunt perfecta *L*: adfecta sunt perfecta $B^A$ (= *G*) || 2 -ico *codd. Gell. XV, 5* || 2—3 aestate uvas a s. *Gell.*: aetate a s. || 5 commoti $F^3$: conmoto (comm.) $LB^A$ || habito *L* || ac $F^3$ ($F^2$?): at $LB^A$ || 6 Rer. Hum. *Popma*: reipublicae || avitas et *Roth.*: habitasset || 8 ut $F^3B^A$: et *L* || 9 Percidere vel decidere $F^3$ (*cum* $H^2$ *mg.*): Percedere vel decedere $LB^A$: Pertidere, pertaedere, valde taedere *On.*: Pertidere ut distidere *Mu.* || 10 et quod q. || percisum $F^3$ (*cum* $H^2$ *mg.*): percesum $LB^A$.

POPINONES, vel hi, quos nunc dicimus tabernarios, a popinis, vel luxoriosi, qui se popinis dedunt. Varro Modio (308):

.... quis póculis argénteum chorum íntro
ibít popino?

Lucilius lib. I (18):

infamam † honestam turpemque odisse popinam.

PVTIDVM, non putre, sed odoris mali. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (38): 'non inscite illud dictum videatur in sue, animum illi pecudi datum pro sale, ne putesceret'.

PERCVRSIONEM. Cicero Tusculanarum lib. IV (31): 'propter animi multarum rerum brevi tempore percursionem'.

PRAEFESTINATIM. Sisenna Historiarum lib. III (117): 'idemque perseveraverunt, uti lex perveniret ad quaestorem ac iudices, quos vellent, instituerent praefestinatim et cupide'.

PRAESTOLARI est expectare vel manere. Sisenna Historiarum lib. III (25): 'occulte tacitique advenientium cohortium praestolari occipiunt'.

PERMITTERE pro mittere, incitare vel || praecipitare. Sisenna Historiarum lib. III (32): 'et inde ecum concitatum princeps ad hostium permittit aciem'. — idem lib. IV (85): 'multi praemissis armis ex summo se permitterent'.

---

11—12 Pop.—ded.; 17 Put.—mali; 25 Praest.—manere; 1 Perm.—praecipitare.

---

